


Praetorius, Michael: Syntagmatis musici (Tomus Tertius): Darinnen 1. Die Bedeutung, wie auch Abtheil- vnd Beschreibung fast aller Nahmen, der Italianischen, Frantzösischen, Englischen vnd jetziger zeit in Teutschland gebräuchlichen Gesänge: Alß, Concerten, Moteten, Madrigalien, Canzozonen, etc. 2. Was im singen, bey den Noten vnd Tactu, Modis vnd Transpositione, Partibus seu Vocibus vnd vnterschiedenen Choris, Auch bey den Unisonis vnd Octavis zu observiren: 3. Wie die Italianische vnd andere Termini Musici ... zu nennen ...

Wolfenbüttel, 1619 [VD17 23:627399A]

Seite 48

48

Vnd diß sind also die Ambitus eines jeden Modi: worinnen die brevis , daß final desselbigen Modi; die schwarze Noten aber die repercussionem andeuten. Cujuslibet autem Modi Ambitus naturalis consistit quidem intra Diapason: verum per licentiam, modò Tonus, modò Semitonium cum inferiori tum superiori loco adsciscitur. Dorius & Hypodorius Semiditonymum supra Diapason admittunt, & Hypophrygius superiori loco aliquot intervalla addit, neglectis inferioribus.

### C A P. VII.

De TACTU, seu Notarum Mensura; (Italis Battuta) & Signis.


Was vor vnterschiedt im Tact, Signis vnd Characteribus zu halten; auch wie die Sextupla zu verstehen sey.

Cum in quorundam Musicorum libellis alii atq; alii Characteres & Signa Cantionibus præfixa reperiantur, eorum & quidem præcipuorum, vim & rationem paucis delibare, suisq; formis appingere placuit: non ut monstra Signorum (quæ teste Glareano lib. 3. cap. 12. infiniti sunt laboris, nullius verò utilitatis) in scenam Musices postliminio referam; sed ut iis intersiviam, qui, licet in palæstra Musicorum satis exercitati, cum ad hosce scopulos Signorum deferuntur, vel non facillè se expediunt, vel iis offenduntur; quemadmodum adhuc in memoria quorundam est, Musicum suavissimum Iacobum Händelium ob Signa exoleta, & à quotidiano jam usu remota, quæ Cantioni, (Subfannatores, Subfannabit Deus &c.) artificio singulari à se compositæ, (quam in calce Capitis hujus adjicio) præfixerat, gravem offensionem quorundam, quibus Signorum vis minus nota erat, incurrisse.

*Notarum autem Mensura consideratur ratione Signorum.*

Signa sunt vel Vulgaria, quorum usus est in Tactu Aequali; vel Proportionata, quorum usus est partim in Tactu Aequali, partim Inæquali. Ita enim Tactus ratione motus dividitur.

Aequalis seu Spondaicus est vel tardior, vel celerior pro variatione Signorum.

Tardioris signum est C, quo signantur Madrigalia: celerioris , quo signantur Motetæ.

Signum